UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum exemptione ab ordinaria iurisdictione

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium Declarationibus illustratus ; omnibus in judicio Civili & foro Ecclesiastico versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

99. Castrum exemptum à Jurisdictione civitatis,an gaudere debeat statutis & privilegiis civitatis, eaque observare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61886

Visual Library

num, qua iniquè per excommunicat. ſpoliatus eſt *Geminianus c. 1. in fin. de reſtit. ſpol. in 6. glo. c cum inter de except.*

5 Quintæ quæſtionis ſolutionem tradit idem Bartholus *d. diſput. 6.* dicens quod injuſtè vel nulliter captus, non poſſit à quoquam recommendari, ſed priſtinæ libertati ſit reſtituendus, de qua materia ubere Farinaceus *in pract. crim. li. 1. tit. 4. qu. 27. n. 154. & ſeq. Saſius l. cum unus n 10. & ſeqq ff. de bon. autor. iud. poſſ. Bartholus d. diſput. 6. & in l. 2. §. 1. de cuſt. reor. Peckius de iure ſiſt. c. 49. & alij non pauci.*

QVAESTIO XCIX.

Caſtrum exemptum à juriſdictione civitatis, an gaudere debeat ſtatutis & privilegijs civitatis, eaque obſervare.

VIdetur quod non, quia ejuſmodi caſtrum æquiparantur civitati *l. imperium ubi Barth ff. de Iuriſ. om. iud.*

Veruntamen dicendum eſt contrarium, ita enim reſpondit Alex. *conſ. 151. col. 2. vol. 2.* quem ſecutus eſt Alciatus *in cap. quod Sedem numer. 92. de offic. ordin.* Idque, niſi tale Caſtrum alteri uniretur *Barth. l. ſi convenerit § ſi nuda ff. de pignor. act. ubi ſupra.*

Quid autem ſi in caſtro eſſent particularia ſtatuta, dicaturque, quod deficientibus ſtatutis Caſtri, recurratur ad jus commune, an recurri debeat ad ſtatuta civitatis, videatur Alciatus *d. num. 92.*

QVÆSTIO C.

Commiſſio tribuens ordinario iuriſdictionem in exemptum, an convalidet ante coram eodem ordinario geſta?

SUMMARIUM.

1. *Initium illegitimum non confirmatur.*
2. *Nullitati cauſam dans de nullitate non dicit.*
3. *Diſpenſatio ſuperveniens non confirmat actum ante nulliter geſtum.*

QUando adeſt defectus iuriſdictionis iudicis, ſi pendente lite iuriſdictio ſuperveniat ex cauſa de novo emergente, ante geſta non confirmantur.

1 Quia initium iudicij non fuit legitimum *l. momentaneo C. qui legitimam perſ. ſtandi in iudicio Barth. l. 1. n. 4. C. qui pro ſua iuriſdict. & li. 1. num. 4. C ubi de crimine & utrobiq; Caſtrenſ.* poſſet tamen obtineri commiſſio ſanatoria nullitatis, uti docet Ioannes Baptiſta Marcheſanus *Tract. de commiſſionibus par. 2. tit. de commiſſ. ſuper nullita-*